

24 82

Celeberrima pietatis, doctrina & facundia Theologo  
M. ANDREÆ HARDEO  
Th. Crenius  
S. D.

Et si difficilia valde sunt tempora; magnum tamen in auctione libri habuerunt pretium; quare & paucos ibi, tunc quorum hic catalogum mitto, viliori emi pretio. Joh. Vorstii una tantum erat in auctione epistola, at tres illi una cum Valeriani Magni Apologia contra Jesuitarum imposturas in alia emi cum additis ceberis. Ista vero incendit cupiditatem emitorum, quare & non sine arte redinere debui. In gratiam Dni. filii tui, cui ex animo fito quatuor Vithagens Tractatus in studio Hebraeae linguae multum ipsi profuturos. Nec displicebunt Lamberti Alex. Marecium ut integrum habeas, ecce hic ejus Anti-Volekelium nullo fere pretio emptum, cum alii 12. flor. veniat in auctioribus. Salmasius in Pallio Tertullianum bonus nec obrius est teneo. Cuius Tibi notus sit, ignoro; ejus sane pauca & rara probantur eruditis scripta. Vindicia ejus Evangelica de justis sic satis mihi placuerunt. Defensionem Pupillae a B. Höpfero scriptam Tibi ut commendem nihil necesse est que jamdudum habuisse & legisse credo. Addidi vero, ut alii subministres, velut scriptum utilissimum, occurrens In Tileni Disputationibus inuenies quod tollas, sicuti & in Suttivio. Sed noctuas Athenas fero, nec opus est Tibi qui tantum impertire debuisti studio Solemico temporis, quantum a primis muneris Tibi temporibus usque ad hanc tem continua bella & victoria ab adversariis reportata requisiverunt. Francofurti nihil adhuc accepi; ac ipse, quicum nuper loquutus sum. Si putas Calvinianum Lutherano Doctori bene velle ex animo, erras. Sane & tabent divites hoc quoque contra nos contumeliosum, quod aut non tanti videmur, ut de nobis multum loquar sentia, aut si loquuntur, ut indulgeant animis. Circumspicienti mihi, quod vita genus invalidae compentis cura, multi multa suggerunt consilia, in quibus nonnulli usque adeo se nobis aperiunt, ut verbis illorum nos adsequi nequeam, quem & ipsa re testati sunt. Adhuc tamen nihil constitui, cum Tibi semper animi mei obverberis & preceteris Tuum anorem anem. Cogito saepe prolem Tuam, postquam eam tam numerosam esse accepi, precorque DEUM, ut instrumentum illis benefaciendi esse me jubeat. Gaudebit DEUS in me, & ego in eo, si Tibi tantum Theologum exhibere, Tibique prodesse possim. Unum oro, ne Tibi minor dignitate sua videatur res nostra, cujus successum in augmentum Tuum vertere sedet animo. Si Köfletus aliquantisper expectare voluisset, addidisset partem VIII. Animadversionum mearum, in qua multa singularia leges; sed ejus imperio obtemperare debui, impensis epistolice vehementer me gravantis. Vale candidissimum pedes cum omni familia Tua & nominatim Dni. filio. Saluta mihi Dr. Reymundum Schifflinum, cujus, amabo Te, quem mihi conciliasti amorem, fove: ego quacumque re poterero, tuctor. Scribit occupatissimus a. d. XVII. Kalend. Maj. 1701. Lugdunò Batav.

Abraham Loeb  
in Amsterdam den 15. April 1708.

Dem Herrn Doctor Eberhard  
dem Herrn M. Andree Harder, Vorleser  
Theologo, des Abteysses, Eborhardens, Mi-  
nisterii in Augspurg sodan in d. d. 1708.  
norm und Wohlwollen zu Ehren &c.  
Annen in  
Augspurg.